

**3621** (Tibure vel prope Tibur) *nel pavimento della vasca del Sorrichiaro in valera sopra il peschierone* [sic omnia].

IVS · M · F ·  
FILVS · CAM  
P I S A V R  
S O D A L

Faustus del Re in schedula quam  
vidi Tibure apud Aloysium del Re.

2 tam secunda quam tertia littera in apographo Fausti del Re et pro L et pro I haberi potest. — Non certum sed veri simile est spectare hoc fragmentum ad hominem ordinis senatorii, in v. 3 supplendum [curatori] Pisaur(ensium) in v. 4, sodal[i Augustali] vel similiter.

**3622** fragmentum lapidis Tiburtini *con cornice soprana e tre rosoni, e pare dovesse far parte di un lungo cornicione* VIOL. Rep. Tibure m. Martio 1846 *nella piazza di S. Andrea* VIOL. Tibure in aedibus publicis HENZ. Ibi frustra quaesivi.

EQVITES · DEDERVNT  
COIRAVERVNT  
VTIVSTEDE

Henzen et Mommsen descripserunt. Est in tabula Ritscheliana LXXV n ad ectypum et vol. I n. 1116. St. Viola *decennio* p. 260; Henzen *bull. dell' Inst.* 1849 p. 95; Garrucci, qui dicit se descripsisse, syll. n. 1468. Conferendus est titulus Signinus huius Corp. vol. X n. 5970.

**3623** Tibure *nella casa di Giovan Domenico Croce* LIG., apud Mancinos in gradibus aedium LVP., in Mancinorum olim domo, nunc Bolognettorum, scalarum gradibus inserta VVLP.

'homo iacens in scimpodio figura detrita' LVP.,  
vir in lectulo recumbens LIGOR.

D · M  
AVR · DISZA · EQ · S  
AVGG · NN · VIX · AN  
XXX · M · AN · XII · T ·  
5 BASSI · N · TRAX  
SECVNDVS · HER  
SEP · DINES · ET · LE  
GATARI · B · M · F · C

'miles hastatus equum stratum habentis tradens' LVP.,  
servus equum ducens LIG.

Ter descripta est, a Ligorio ms. Taur. vol. 20 (a Ligorio Ach. Statius cod. Vallic. f. 111'; ex hoc Donius ed. 6, 54; ex Donio Mur. 790, 2); a Lupio Vat. 9143 f. 20'; a Vulpio Lat. 10 p. 674.

Consentiunt auctores, nisi quod v. 3 lineolas superscriptas omittit Vulp., 5 et 8 I longas habet solus Lig., 8 in. G omittit Lupius lacunam indicans.

D. m. Aur(elius) Disza eq(ues) s(ingularis) Aug(ustorum) n(ostorum), vix(it) an(nis) XXX, m(ilitavit) an(nis) XII, i(urma) Bassi, n(atione) Trax; secundus her(es) Sep(timius) Dines et legatari b(ene)m(erenti) f(aciundum) c(uraverunt).

**3624** cippus marmoreus cum inscriptione bis, a fronte et a tergo, repetita. Rep. prope Tibur anno 1611 loco dicto *il Centrone, nel casale del dottor Gasparo Tucci* ANT. DEL RE (ed.). Romae in hortis Iustinianeis PTOL. GVD. REIN. FABR. Nunc in museo Vaticano (*Chiamonti a sinistra*).

vir togatus equo  
vectus, pone eum  
signifer

TI e CLAVDIO LIBERALI  
PRAEF · FABR · EQVO  
PVBLICO FILIO OPTIMO  
PIISSIMO DVLCISSIMO  
5 SODALI DESIDERANTISSIM  
VIXIT · ANNIS · XVI  
MENSIBVS · V · DIEBV · XXI  
PARENTES INFELICISSIMI

vir nudus dextra flagellum  
gerens (videtur esse Luper-  
cus) inter duos tunicatos  
HENZ.

Descripsit Henzen, vidi ipse. Memorat Antonius del Re ed. p. 124 (inde pendent Kircher Lat. p. 171 et Vulpi Lat. 10 p. 372); idem exhibet in schedula solitaria inserta volumini eius nunc Barberiniano. Romae descriptam habent Ptolemaeus sched. Sen. 1, 48; Gudius ms. 522, 1; Reinesius 6, 23; Spon misc. p. 61 (inde Donati 250, 4); Fabretti 253, 49; Marini Vat. 9120. Huius corp. vol. VI n. 3512.

Praemittit D·M Rein. — 6 XXVI Rein. Fabr. ex coniectura.

**3625** cippus marmoreus, in cuius latere intuentibus dextro pars superior cavata est ad cineres excipiendos MAR. (ms.). Nuper in agro Tiburtino effoss. MORCELL. Locus non indicatur in schedula FAVSTI DEL RE, sed id ipsum quod titulus ibi reperitur originem Tiburtinam indicat. — Romae in museo Vaticano MAR. Ibi extat frons de cippo desecta loco alto collocata (*Gall. lap. mil. II*).

a. M  
CLAVDIO · TI · F  
PAL · PAVLO  
PRAEF COH · I · THRAC  
5 IN · BRITANN  
TRIB · LEG · XIII · GEM  
IN · DACIA ·  
SCRIB · AEDIL · CVR  
CVRAT · CIRCEIENSIVM  
10 FLAVIANVS · ET · PAVLLA  
PAVLINA · PATRI  
OPTIMO

Descripsit Henzen, contuli ipse. Faustus del Re in eadem schedula qua n. 3571; ab hoc sine dubio Morcelli de stilo inscript. p. 426 quamquam auctorem non laudat; E. Q. Visconti cod. Paris. Lat. 9697 f. 71; Marini ms. Vat. 9124 f. 75, Arv. p. 34; Kellermann vig. n. 270.

4 I Mar. Visc.; lineolam nos non agnovimus. — 11 ante PAVLINA excidisse ET suspicatur Mommsen.

**3626** rep. prope Tibur loco dicto *Colle-Nocello, nella parte settentrionale del colle dirimpetto a Mitriano*, in fundo fratrum Coccanari *in una camera con pavimento di mosaico* SEB. Apud Violam VIOLA (a. 1848), sed omisit cum a 1852 ederet inscriptiones apud se extantes. — Ubi nunc extet, nescio.

D · M  
L · COMINI · L · F · MAXIMI · DOMV · MANTVA  
P · P · BIS · PROCVRATORI · M · ANTONINI · AVG · PR  
AEF · LEG · II · TROIANAE · FORTIS · CC · TRIB · CHOR  
5 VII · PRAETORIAE · XIII · VRBANA · III · VIGVL  
CENTVRIO · CHORTIS · I · PR · X · VRBANA · V  
VIG · EVOCATO · AVGVSTORVM · BENEFICIAR  
PRAEF · PRAETORI · VIXIT · ANNIS · LXXX · II ·  
DIEB · XVIII · NVMITORIA · C · F · MOSCHIS  
10 CONIVX · BENE · MERENTI · HERES

quae variat v. 4 COHOR, 5 VIGIL, 6 COHORTIS, 8 LXXXII, 9 XVII, merae neglegentiae tribuenda esse videntur.

3. 4 praef(ecto) leg(ionis) (secundae) Traianae fortis (ducenario). — 9. 10 eidem Numitoriae Moschidi postea secundus maritus L. Graecius Constans posuit titulum sepulcralem n. 3628. Moschis quae filio parvulo Paterno nomine posuit titulum infra editum, num eadem sit, nescio.

Amati ms. Vat. 9752 f. 16', *giornale arcad.* vol. 32 (1826) p. 112 a Stephano Rossio medico (inde Orelli 3444; Kellermann vig. n. 37); Sebastiani p. 418 ineditam putans et se descripsisse affirmans. Ab Amatio habuit Borghesi (cf. opp. 6 p. 301) qui posuit in epistula data ad Kellermannum d. 13 Mai. 1834 edita opp. 7, 12; a Borghesio rursus sine dubio Labus *museo di Mantova* 3 (1834) p. 152; ex Amatio *giorn. arc.* videtur repetivisse Cardinali *diplomi* n. 625; nec magis descripsit St. Viola *decennio* p. 71, qui laudat Cardinalium et Sebastianum.

2 COMINII Seb. — 4 TROIANAE Amat. Seb., TRAIANAE ei qui repetitive-runt omnes, coniectura omnino. — 8 LXXXII Amat., LXXXII Seb. Viola